Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26504
Copyright: Admont, Benediktinerstift



6

Ac facti quidem controuersia in omnia ipsa potest distribui. Nam quod factum sit potest queri hominem occiderit ne diacem uiuxes. & quid fiat hominem bono ne animo sint erga rem p. fragelliant. Et quod futurum sit hoc modo. si Kartagine reliquerim incolumem. numquid sit incommodi ad rem p. puenturum. Nominis est controuersia. cum de facto quaeritur. quid id quod factum est quomine appellet. Quo in genere necesse est ideo nominis esse controuersiam. quod de re ipsa non conueniat. nunquid de facto non stet. si quid id quod factum sit aliud alii uideatur esse. quoniam aliius alio nomine id appellet. Quare ieiunissimum genus definiendae res est uerbis. breuiter describenda. ut si quis sacrum expuato surripuerit. furtum fiat an sacrilegus sit iudicandum. Illa id cum quaeritur. necesse est definire utrumque. quid sit furtum. quid sacrilegus. quia descriptione ostendere. alio noine illam deque agitur appellari oportere atque adusarium dicit.

Genus est controuersia. cum quid factum sit quaeritur. quoniam id factum nomine appellari oportet. stat. iam quantum cuiusmodi. omnino quale sit quaeritur. hoc modo. iustum. an iniustum. utile an inutile. & omnia in quibus quale sit id quod factum est quaeritur. sine ulla nominis controuersia. Huic hermagoras